R. P.
PETRI MURILLO.
CURSUS
JURIS CANONICI,
HISPANI, ET INDICI,
DUOBUS TOMIS
DISTRIBUTUS.

CURSUS JURIS CANONICI, HISPANI, ET INDICI,

IN QUO,

JUXTA ORDINEM TITULORUM DECRETALIUM, non ſolùm Canonicæ Deciſiones aſſeruntur, ſed inſuper additur, quod in noſtro Hiſpaniæ Regno, & Indiarum Provincijs Lege, conſuetudine, privilegio, vel praxi ſtatutum, & admiſſum eſt.

AUCTORE

R. P. PETRO MURILLO VELARDE, SOCIETATIS JESU, OLIM IN GRANATENSI Imperiali Regia Academia Imperialis S. Michaelis Collegij Alumno; deindè in Salmantino celeberrimo Lyceo Collegij Majoris Conchenſis violacea condecorato Toga; & demùm in Pontificia, ac Regia Societatis Univerſitate Manilana Sacrorum Canonum prius, deindè Sacræ Theologiæ Cathedrarum Moderatore.

EDITIO SECUNDA

NOTIS, ET CONSTITUTIONIBUS BENED. XIV. ILLUSTRATA, ET AUCTA, ad mentem ipſius Auctoris, & Indice copioſo locupletata: ex Regio mandato diligentiori examine reviſa, & mendis perpurgata, atque in auctoritatibus, cura, & Studio D. Vincentij Garcia Hernandez, in Regijs Conſilijs, & Curia Matritenſi Advocati, diffuſior, & locupletior.

OPUS OMNIBUS NUMERIS ABSOLUTUM, UTILISSIMUM, ATQUE Juriſprudentiæ Canonicæ ſtudioſis apprimè neceſſarium.

TOMUS PRIMUS,

COMPLECTENS LIB. I. II. ET III. DECRETALIUM.

MATRITI: EX TYPOGRAPHIA ANGELÆ DE APONTES, ANNO M.DCC.LXIII.
Sumptibus Petri Simon de Hoz, in cujus Emporio viæ Imperialis, & in Bibliotheca Franciſci Gonzalez del Mazo, Bibliopolæ, frontem verſus S. Philippi el Real, veneunt.

AL GLORIOSO ARCHANGEL SAN RAPHAEL, EXCELSO PRINCIPE DE LA GLORIA.

UN lenguage lleno de fraſſes de adulacion ſe ha introducido entre los hombres deſde que ſe acoſtumbran Dedicatorias, y aquel parece mas elegante, que exagera virtudes, que apenas ſe conocen, ò hermoſéa vicios, que desluzen. Con los hombres, eſclavos del engaño, ſolo es fina rhetorica el artificio. Eſte achaque de nueſtra naturaleza, ſujeta à la mentira, ſe echa menos, por lo comun, en las Dedicatorias, que ſe dirigen à las criaturas terrenas; pero con las Celeſtiales, y Angelicas, que ſe iluminan, y reſplandecen con la verdad, ſolo debe hablar el corazon inſpirado de la ſencillez.

Yo, Archangel Glorioſiſsimo, vengo à poſtrarme à vueſtra piedad, conducido del noble eſtimulo de cumplir con mi obligacion. Confieſſo, Santo Archangel, Protector mio, que debo à vueſtra celeſtial benevolencia mercedes, que al parecer, ſe han ſingularizado conmigo en el generoſo eſparcimiento de vueſtras gracias: ¿Pues como he de verificar yo vueſtra liberalidad, ſino dando unas claras mueſtras de la naturaleza prodigioſa de vueſtro favor? No ha encontrado mi gratitud mas oportuno objeto que manifieſte mi agradecimiento, que el dedicaros un Libro, que trata del Derecho Canonico. *Eſte es, mirado con todo rigor, un conjunto de remedios, que produce la virtud por la Ley, y*

JHS

NOTITIA JURIS PRÆAMBULA, ET INTRODUCTIO AD COLLECTIONEM JURIS CANONICI, HISPANI, ET INDICI.

NE HOSPITE INSALUTATO, UT COMMUNITER dicitur in ſecretiores juris quæſtiones ingrediamur, oportet aliquid de ejus origine, progreſſu, diviſione, & alijs partibus prius dicere, & tanquam in propylæo ejus membra oſtendere, illiuſque authoritatem declarare.

Num. 1 JUS ergo, ſic dictum eſt, quia *juſtum* eſt *text. in c. 2. D. 1.* ſeu à *jubendo* quaſi *juſſum.* teſte *Ariſtotele.* ſeu à *juſtitia* ſic appellatum eſt. *L. 1. ff. de juſt. & jur.* Et ibidem ſic definitur: *Ars boni, & æqui*, & in hoc ſenſu eſt idem ac ſcientia juris, nempè Canonum, & Legum, ſeu *Juriſprudentia*, quæ definitur: *Divinarum, atque humanarum rerum notitia, juſti, atque injuſti ſcientia. L. 10. §. 2. ff. de juſtit. & jur.* quæ definitio potius noſtræ Canonicæ, quam Civili juriſprudentiæ convenit. Jus aliquando ſumitur pro loco Judicij, ſic dicitur in jus vocare, in jus ire; aliquando pro Judicis ſententia, qui etiam quando inique decernit, jus facere dicitur *l. 11. ff. de juſtit. & jur.* Aliquando pro eo, quod juſtum eſt, & Legibus conforme, & quidquid bonum, & æquum eſt jus dicitur *l. 11. ff. de juſtit. & jur.* Aliquando ſumitur pro illa facultate, quam quis habet à natura, ſeu legibus conceſſam ad aliquid faciendum, vel omittendum, vel ad obligandum alterum, ut aliquid det, faciat, vel omittat, & ſic dicitur, quod qui utitur ſuo jure, nemini facit injuriam *l. 155. §. 1. ff. de reg. jur. l. 14. tit. 34. p. 7.* Et quod quilibet poteſt